

[19] 1 Viri,

quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine

acceperunt,

tantas ex suis bonis 'aestimatione facta' cum dotibus

communicant.

2 Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur

fructusque servantur:

uter eorum vita superarit,

ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum

temporum pervenit.

3 Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent

potestatem;

et cum [paterfamiliae illustriore loco natus] decessit,

eius propinqui conveniunt et,

de morte si res in suspicionem venit,

de uxoribus in servilem modum quaestionem habent et,

si compertum est,

igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

4 Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et
sumptuosa;

omniaque quae vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem?

inferunt,

?

etiam animalia,

paulo supra hanc memoriam servi et clientes,

quos (ab eis dilectos esse) constabat,

ustis [funeribus confectis] una cremabantur.

???

??